

Band I., Nr. 90, Seite 105

Graf Pertold gibt, was er in Zell und Reutlingendorf hat, nebst einem bezeichneten Walde, unter genannten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

Dieterskirch, 824. August 2.¹

In nomine domini nostri Ihesu Christi opitulante clementiae Pertoldus comis. Propter honorem dei verum etiam cunctis ubique sub cultu Christiane religionis conversantibus preedicti coenobii preefati monasterii ad sancto Gallone res meas in perpetuum trado. Et hoc est denominatas res ad Pertoltescellu² ibidem pertinentibus, pro anima mea seu et genitoris mei Chadoloh nec non et illorum, qui prius istam traditionem commiserunt: Pertoldus et coniux eius Kersinda, ut ab hodierno die stabilis sit ista traditio. Hoc est, ad Cella³ et ad Riutilingun et silvam ab occidentale parte viae de Asinheim usque in Uuolfpoldessiazza; omnia integro tradimus atque transfundimus ad monasterium sancto Gallone, qui est constructum in honore dei. Res enim eas in potestate mea sit usque in finem vitae meae, et post meum vero discessum integro ad vos revertetur, sine ulla contradictione, in illam conventionem quae inter nos dictum est. In istis siquidem omnibus quicquid habeo, cum aedificiis, mancipiis, pratis et pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, cultis et incultis, cum omnibus adiacentiis suis trado ad praefatum monasterium sancto Gallone, et censum inde annis singulis solvo IIII solidos pro redemptione anime nostrae. Si quis vero, quod fieri non credo, si ego ipse, aut ullus heredes meus, vel proheredum meorum, qui contra hanc traditionem agere aut infrangere voluerit, culpabilis sit in aerarium regis multam componere, et quod repetit per nullisque ingeniis evindicare non valeat, sed haec praesens traditio semper sit conservata. Actum in villa qui dicitur Deathereskiriha, coram frequentatione populi. Signum Pertoltus comes, qui hanc traditionem fieri et firmare rogavit. signum Ualto. signum Heribret. Uuizzunc. Kerho. Razo. signum Humbret. Hato. Isanbreht. Asperant. Alanzo. Altman. Cundram. Uihitpret. Hachili. Uuillipret. signum Hadolf. Cozphret. Ego igitur indignus presbiter Altarichus XIII. anno Hludouuici imperatoris, mense *Augusto*^a, IIII. Nonas Augustas, die Iouis, scripsi feliciter.

^aStatt der kursiv gesetzten Buchstaben im Original ein nicht ausgefüllter Raum.

¹Die Urkunde war im WUB-Druck zunächst auf das Jahr 824 datiert, das Datum wurde jedoch in einem der nachträglichen Zusätze auf das Jahr 826 verbessert.

²Zell, Riedlingen, BC.

³Ebenfalls Zell, Riedlingen, BC.



Der Textabdruck folgt dem Original.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen II. 73

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 165. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 226 (Auszug). UB St. Gallen, Bd. 1, Nr. 302, S. 279 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Dieterskirch

Ortsindex:

Asenheim Wüstung (23970)
 Asenheim, Unlingen, BC, W
 Dieterskirch Wohnplatz (17721)
 Dieterskirch, Uttenweiler, BC
 Reutlingendorf Wohnplatz (16906)
 Reutlingendorf, Obermarchtal, UL
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Wolfpoldsießen Wüstung (26377)
 Wolfpoldsießen, Unlingen, BC, W
 Zell Wohnplatz (17489)
 Zell, Riedlingen, BC